

De
CONGREGATIONIBVS
CLERICORVM
IN COMMVN
VIVENTIVM.

VT THEATINORVM,
SOCIETATIS IESV,
BARNABITARVM,
SOMASCHAE, ORATORII, DO-
ctrina Christiana, & aliorum:
LIBER SINGULARIS.
AVBERTVS MIRÆVS BRUXEL-
LENSIS, DECANVS ANTVERPI-
ensis publicabat:



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumpibus BERNARDI GVALTHERI.
Anno M. DC. XXXII.

Sunt omnes Prouinciæ in vniuersa So-
cietate 36. Viceprouinciæ 2. Domus Pro-
fessæ 26. Collegia 444. licet non sint ad-
huc restituta, alterisco notata. Domus Pro-
bationis separatæ 44. Residentiæ 228. &
Seminaria 56. Socij deniq; omnes 15574.

C A P V T VIII.

SOCIEGAS HOSPITALARIA, PRO SVB-
*uentione pauperum orphanorum & mulierum
conuectitarum, vt vocant, ab Hieronimo Æ-
miliano instituta, per Paulum III. ann. 1540.
approbatum.*

PAVLVS Papa III. ad perpetuam rei me.
P moriā. Ex iniuncto nobis desuper, me-
tatis licet imparibus, Apostolicæ seruitutis,
officio, votis, per quæ hospitaliū & aliorum
piorum locorū vtilitas, & salubris directio
procuratur, libenter annuimus ; ad illos
quoque dexteram nostram liberalitatis ex-
tendimus, quos ad id propria virtutum
merita multipliciter recommendant.

Sanè pro parte dilectorum filiorum uni-
uersorum pauperum **ORPHANORVM S.**
MARIE MAGDALENÆ, in suburbio S.
Leonardi Bergomensis, & Mediolanensis, Co-
mensis, Ianuensis, Papiensis, Brixienensis, & Vero-
nensis, ciuitatum ac dicecessum, Hospitalium
Recollectorum nuncupatotū, actam ecclesia-
sticarū, quam secularium personarum in eis

70 *De congregatiōnibus Clericorum*
uentium nobis nuper exhibita petitio
continebat , quod cum aliās quondam
HIERONYMVS MIANI , cuius Venetia-
rum , plures pauperes orphanos , propter
bellorum in Italia urgentium tristes even-
tus , & famem urgentem , passim dereli-
ctos vagari videret , idem Hieronymus
deuotionis feroce , & pietate motus ,
prædictum hospitale Sanctæ Mariæ Mag-
dalena incohauit , & deinde hospitale præ-
dictum , tam propter ciuium in ciuitate
Bergomensi degentium feruentem carita-
tem , quam prouidam directionem , & sa-
lubre regimen prædicti Hieronymi , in tan-
tum auctore Domino crevit , ut idem Hie-
ronymus , ad alia hospitalia , in alijs Italiz
partibus instituenda animum applicarit .

Ita quod tam in Mediolanensi , quam
Comensi & alijs ciuitatibus , ac diœcesibus
prædictis similia , & in quibusdam ex eis
mulierum conuertitarum hospitalia , dicto
Hieronymo , & nonnullis alijs medianti-
bus , ercta fuerunt . Vnde hospitalia ipsa
de bono in melius perducuntur , in dies eo-
rum numerus augetur , & augeri speratur ,
& sicut eadē expositio subiungebat , si in eis-
dem hospitalibus , que per dictos Clericos ,
& Laicos insimul gubernari cōsueuerunt ,
vnum Superior , vel caput , qui inibi pro tem-
pore seruientes cōgregari facere , & de loco
ad lo-

ad locum mutare valeret, existeret, hospita-
liaq; ipsa aliquibus prærogatiis decora-
tentur, profecto salubri ipsius hospitalis, &
illi deseruientium prædictorum directioni,
& quieti, plurimum consuleretur, ac in il-
lis degentes pauperes huiusmodi & me-
lius gubernarentur & pertractarentur, di-
ctæque personæ in eo confouerentur, & ad
solita seruitia invitarentur.

Quare pro ipsorum pauperum, & de-
seruientium personarum parte nobis fuit
humiliter supplicatum, ut in præmissis o-
portunè prouidere, de benignitate Apo-
stolica, dignaremur.

Nos igitur qui caritatis opera vbiq[ue]
exerceri, sinceras desideramus affectibus,
quemlibet ex pauperibus personis prædi-
ctis, à quibusvis excommunicationis, su-
spensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis
sententijs, censuris, & poenit. à iure vel ab
homine, quavis occasione vel causa latis, si-
quibus quomodolibet innodat' existit, ad
effectum præsentium dumtaxat consequé-
dum, harum serie absoluente, & absolutū
fore césentes, huiusmodi supplicationibus
inclinati auctoritate Apostolica, tenore
præsentium, eisdē Hospitalibus, quod pau-
peres, & personæ in eis pro tempore degen-
tes, & deseruientes, ynām ex personis inibi
deseruientibus huiusmodi, ecclesiasticam

yel secularem, inter eos Superiorem, vel caput, quæ ipsos congregari facere, ac de loco ad locum mutare, & quæcunque statuta, & ordinationes, licita & honesta, ac sacris canonibus non contraria condere, ipsaque statuta, quoties ei videbitur mutare, ac de novo statuere possit, eligere.

Nec non Sacerdotes eisdem pauperibus pro tempore deseruientes, Horas Canonicas, diurnas pariter & nocturnas, Missas, & alia diuina Officia, secundum ritum & morem & usum S. Romanæ Ecclesiæ, etiam nouissimè editum, dicere & recitare,

Ipsosque pauperes, ac omnes, & singulos, in dictis hospitalibus deseruientes dumtaxat, eorum confessionibus diligenter auditis, ab eorum omnibus & singulis peccatis, casibus, criminibus, excessibus, & delictis, à quibus locorum Ordinarij absoluere consueuerunt, absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem iungere, liberè, & licetè valeant, perpetuò concedimus, & indulgemus.

Quocirca venerabilibus fratribus nostris Casertano, Felitensi, & Visonensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios, auctoritate nostra, faciant præentes litteras, & in eis contenta quæ-

quæcunque, plenum effectum sortiri, ac inuiolabiliter obseruari; illisque pauperes, sacerdotes prædictos, ac omnes, & singulos alios, quos quomodolibet concer-
nunt, pacifice frui, ac gaudere, iuxta præ-
sentium continentiam, & tenorem; nō per-
mittentes quemquam contra illorum te-
norem, modo aliquo molestari, impediri,
aut inquietari: contradictores per censu-
ram ecclesiasticam appellatione postposu-
ta compescendo.

Non obstantibus Apostolicis, ac in pro-
vincialibus, & synodalibus Concilijs edi-
tis, generalibus vel specialibus, constitu-
tionibus, & ordinationibus, ac statutis, &
consuetudinibus, priuilegijs quoque, in-
dultis, ac litteris Apostolicis, etiam in for-
ma Brevis, per quoscumque Romanos
Pontifices prædecessores nostros, & nos,
ac sedem prædictam, etiam per viam ge-
neralis legis, & statuti perpetui, & initi ac
stipulati contractus, ac motu proprio, & ex
certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis
plenitudine, etiam cum quibusuis irritati-
uis, annulatiuis, cessatiuis, reuocatiuis,
præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, de-
claratiuis, ac derogatoriarum derogato-
rijs, alijsque fortioribus, efficacissimis, &
insolitis clausulis irritantibus, &c. alijs de-
cretis, etiam quibusuis locorum Ordina-

E 5 rijs,

rijs, sub quibusuis verborum formis, extensionibus concessis, cōfirmatis, & innouatis, quibus (illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes) illis alias in suo robore remansutis, hac vice dumtaxat, harum serie specia-liter & expressè derogamus , contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus commu-niter vel diuisim ab eadem sit sede indul-tum, quod interdici, suspendi, vel excom-municari non possint, per litteras Aposto-licas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huius-modi mentionem , & qualibet alia dicta sedis indulgentia, generali vel speciali, cu-iuscumque tenoris existat, per quam præ-sentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impe-diri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, quidquid secūs super his à quo-quam, quauis auctoritate, scienter vel ig-noranter contigerit attentari. Nulli er-go,&c.

Datum Romæ apud S. Marcum, anno
Incarnationis Dominicæ 1540. Nonis Iu-pij, Pontificatus nostri anno sexto.

1540.

NO.

NOTATIO.

Vita Hieronymi AEmiliani exstat scorsim edita Italice: eiusque elogium Lector repetiet apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italie.

Somaschenses porro iuuentutem varis in locis docent, ut Casali in Ducatu Montisferrati, & alibi. Habent item domicilia Auenione, Tolosa, & Parisijs & alibi in Gallia.

C A P V T . I X .

PIUS V. P A P A S O M A S C H E N S I-
bus dat ecclesiam S. Maioli Papiensis, & tri-
bus vatis monasticis ipsos adstringit.

DIvs Papa V. ad perpetuam rei membra-
riam. Iniunctum nobis desuper Apo-
stolicæ seruitutis officium dignè peragere
credimus, si ad ea, per quæ Congregatio-
nes præsertim *Orphanorum* caussa instituz,
faciliùs stabiliti, & firmius conseruativa-
leant, considerationis aciem extendamus.

Sanè exponi nobis nuper fecerunt dile-
cti filij, Sacerdotes Clerici & Laici Con-
gregationis loci de SOMASCHA, Medio-
lanensis diœcesis, dudum canonice in-
stitutæ, quod alias felicis recordatio-
nis *Paulus* Papa tertius, prædeces-
tor noster, Congregationi prædictæ,
cuique

cuiq; **HIERONYMVS ÆMILIANVS**, olim patricius Venetus, vir eximia pietate insignis, Spiritu Sancto, ut piè creditur, afflatus, omnibus sæculi curis posthabitatis, initium antea dederat, quamque multi illius exemplo adducti, amplexi fuerant, & in **Ianuenſi**, **Mediolanensi**, **Ferrariensi**, alijsq; Italiz ciuitatibus & urbibus acciti, illam dilataruerant, caput sibi eligendi, constitutions condendi facultatem concessit, eamq; ab Ordinariorum Superioritate, iurisdictione, & potestate exemir, ac tam ille quā deinde piæ memorie **Pius Papa IV.** etiam prædecessor noster dictam Congregationem nonnullis alijs priuilegijs & gratijs prosecuti fuerint.

Nec non successiuè dilectus filius noster **CAROLVS**, tituli S. Praxedis presbyter Cardinalis **BORROMÆVS** nuncupatus, sufficienti ad id facultate, vt afferebat, suffultus, dictæ Congregationi ecclesiam S. **MATIOLI PARTENSIS**, olim per monachos **Cluniacensis** ordinis obtineri solitam, certis annuis redditibus illi assignatis, donauit. Nosque postmodum donationem prædictam Apostolica auctoritate approbavimus, prout in singulis prædecessorum, & Caroli Cardinalis prædictorum patentibus, ac nostris literis desuper confessis pleniùs continetur.

Qua-

Quarum litterarum vigore , prædicti sacerdotes Clerici & Laici ecclesiam prædictam in domum patrimonialem , & tamquam aliarum ecclesiarum dictæ Congregationis caput , pro futuris , *Præposito* qui inibi resideat , ac vnà cùm alijs deputandis professis , non solum illius , sed etiam aliarum ecclesiarum eiusdem Congregationis curam , regimen , & administrationem habeat , necnon professis , qui dicto Præposito reverentiam , obedientiam præstent , sibi delegerunt .

Cùm autem , sicut eadem expositio subiungebat , licet ijdem Sacerdotes , Clerici & Laici religiosè admodum viuāt , ac præcipue inter alia pietatis opera , *Orphanorum* in disciplina Christiana , bonisque artibus & litteris , secundum cuiusque ingenij captum , erudiendorum , ac nonnullis in locis Seminiorum Clericorum curam Summo cum studio gerant , ac propterea dubium non sit , quin hæc Congregatio perpetuo duratura sit .

Nihilominus , quia plerique illorum , ob professionem non emissam , existimantes se non verè religiosos , ab illa recedunt ; & ad aliquam religionem conuolant ; alij pauperes , non habentes titulum beneficij , & patrimonium , repugnante Concilio Tridentino , ad ordines promoueri nesciunt ,

queūtes, aut alijs rationibus adducti, aliud viuendi genus eligunt, multi ipsius Congregationis Sacerdotes, Clerici & Laici, ad firmiā stabiliendam huiusmodi Congregationem, & ad obviandum hisce & alijs inconuenientibus, tria vota, videlicet Paupertatis, castitatis, & obedientiæ emittere summa operè desiderant, si ad id nostra, sedisque Apostolicæ suffragetur auctoritas. Quare ijdem Sacerdotes, Clerici, & Laici nobis humiliter supplicati fecerunt, quatenus illi vota prædicta, in manibus aliquius Prælati ecclæsiastie, emittendi licentiam concedere, & alias perpetuæ illius Congregationis conseruationi, & Orphanorum prædictorum utilitati consilere, oportuneque prouidere, de benignitate Apostolica, dignaremur.

Nos igitur, qui pijs honestisque petentiū votis gradum solemus præstare assensum, dictorum sacerdotum, clericorū, & laicorum, piam vitam, optimumque vivendi modum, & instituti propositum plurimum in Domino collaudantes, ipsosque & eorum singulos, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclæsiasticis sententijs, censuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latet, si quibus quomodo bet in nodau existunt, ad effectum præsentium

dato-

dumtaxat consequendum absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon prædictarum litterarum, & indesecutorū quorū cunque tenore præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, prædictis Sacerdotibus, Clericis & Laicis, vota prædicta emittere volentibus, illa in manibus alicuius Prælati ecclesiastici, per Congregationem huiusmodi ad id eligendi, donec sex ex ipsis fuerint professi, & sibi *Præpositum* ipsius Congregationis *Generalem*, secundum illorum constitutiones factas seu faciendas, eligendum & confirmandum elegerint; & deinde di-
Etis sex professis, & electo *Præposito*, omnibus & singulis alijs Christifidelibus, etiā in *Orphanotrophijs* educatis & eruditis, dictam religionem ingredi volentibus, in ipsius *Præpositi*, seu illius *Vicarij* manibus emittendi & profitendi, ac sub regula *S. Augustini*, in habitu tamen clericali & honesto, ac locis in quibus vixerint conformi, incedendi, vivendi, necnon *Prælato*, & *Præposito*, *Vicario*que prædictis vota huiusmodi in manibus illorum recipiendi, liberam facultatem concedimus. ac quod infra triennium proximè futurum hi, qui per decennium in dicta Congregatione laudabiliter vixerint, vota prædicta emittere volentes, non expectar-

expectato anno probationis , triennio vero elapso huiusmodi, alij ipsa vota emittere volentes, non nisi elapso anno probationis, & completo anno decimo sexto suæ ætatis, in ecclesia prædicta, aut alibi, vbi cōmodius Præposito seu Vicario visum fuerit, vota prædicta , (ita ut non sit locus tacitæ professioni) emittere , & profiteri. Quodque præfati & pro tempore existentes Præpositus, Sacerdotes, Clerici & Laici sub dicta regula, secundum constitutiones per eos factas seu faciendas, viuere.

Omniaque & singula, quæcunque quocumque & qualiacunque , bona mobilia, seu immobilia dictæ Congregationis , seit illius locis vel ecclesijs, ab Vniuersitatibus, Communitatibus , & alijs etiam priuatis personis , cuiusuis status, gradus, ordinis, qualitatis, & præminentia exstant, testamento vel codicillis, aut alia ultima voluntate, seu donatione, etiam inter viuos , aut alijs quomodolibet , necnon oblationes, sibi relicta & relinquenda recipere, exigere, & in communi tantum possidere , libere & licite possint & valeant.

Quodque de cætero Congregatio prædicta CLERICORVM REGULARIVM S. MATIOLI, siue de SOMASCHA appelletur, similiter perpetuò statuimus & ordinamus.

Ac

Ac insuper quomodo cunctis; relicta Cōgregationi prædictæ, & non aliter, expressio & declarato loco, ex nunc prout & tūc, & è contra Ecclesiæ S. Maioli, ita quod licet pro tempore existenti Præpositoro, per se vel alium seu alios, dictorum relictorum fructus & emolumenta, in sibi bene visos & necessarios usas, & utilitatem eccl. siæ S. Maioli, & Congregationis prædictæ, libetè & licetè conuertere, Diœcesani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita auctoritate & tenore præmissis, etiam perpetuò applicamus & appropriamus.

Decernentes præsentes litteras, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, alioue vitio seu intentionis nostræ defecitu notari, argui, & impugnati, ac reuocari, limitari, moderari, suspendi, aut illis derogari, & sub quibusvis similium gratiatum reuocatione, derogatione, limitatione, moderatione, suspensione, aut alijs contrarijs dispositionibus, comprehendi non posse; & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum, restituta ac de novo concessa, & perpetuò valida & efficacia esse, ac fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri.

Ac ita per quoscunque Iudices & Commissarios,

3e De Congregationibus Clericorum

missarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis ac eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari ac diffiniri debere, ac ex nunc irritum & inane, quicquid secus super his à quoque, quauis auctoritate, scienter vel ignorantē, contigerit atten-tari.

Quocirca Venerabilibus fratribus Amerinenſi & Papiensi ac Cremonenſi Episcopis, per præsentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnuſ eorum, per ſe vel per aliū, ſeu alios, Congregationi & futuro Præpoſito huiusmodi, ac illius ſingulis personis, in præmiſſis efficacis de-tentionis præſidio aſſistentes, faciant au-ctoritate noſtra, Congregationem, illiusque Præpoſitum, & ſingulas personas, con-ceſſione, indulto, ſtatuto, ordinatione, ap-plicatione, appropriatione, & decretō hu-iuſmodi, pacificè frui & gaudere.

Non perimittentes eos, deſuper per quoscumque contra præſentium tenorem quomodo libet moleſtari. Contradictors quoslibet & rebelles, ac præmiſſis non pa-rentes, per censuras & poenas ecclesiati-cas, aliaq; iuris remedia, appellatione po-ſtituta, compescendo, necnon legitimis ſuper hiſ habendis, ſeruatis processibus, il-los censuras & poenas ipſas incurriſſe de-clarando,

clarando, necnon eas etiam iteratis vicibus
aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si
opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Non obstantibus præmissis, ac recol-
mem Bonifacij Papæ Octavi, prædecessoris
nostræ, de vna, & Concilij generalis de-
duabus dictis, dummodo quis vigore
præsentium ultra tres dictas ad iudicium
noneuocetur, & alijs quibusuis consti-
tutionibus & ordinationibus Apostoli-
cis, necnon ipsius Congregationis, ac
quorumvis monasteriorum & Ordinum,
etiam iuramento, & confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
statutis & consuetudinibus, priuilegijs
quoque, indultis, & litteris Apostolicis, il-
lis, eorumq; Superioribus & personis, sub
quibusunque tenoribus & formis, ac cum
quibusuis etiam derogatoriæ deroga-
torijs, alijsque efficacioribus efficacissi-
mis reiteratis, & insolitis clausulis, irri-
cantibus & alijs decretis, in genere vel in
specie, & alijs quomodolibet iteratis vi-
cibus, concessis, confirmatis, & innoua-
tis.

Quibus omnibus & singulis, etiam si
alias pro illorum sufficienti derogatione,
de illis, illorumque totis tenoribus specia-
lis, specifica, expressa & individua, non au-
tem per clausulas generales idem impor-
tantibus.

tantes , mentio seu quævis alia expressio habenda , vel aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret , illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes , illis alias in suo robore permanensuris , hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus , contrarijs quibuscumque , aut si aliquibus , communiter , vel diuīsim ab eadē sit sede indultū , quod interdici , suspendi , vel excommunicari nō possint per litteras Apostolicas , non facientes plenam & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.

1568. Datum Romæ apud S. Petrum , sub annulo Piscatoris die sexto Decembris , mille-simo quingentesimo sexagesimo octauo , Pontificatus nostri anno tertio .

C A P V T X.

CONGREGATIO PRESBYTERORUM & CLERICORUM ORATORIJ , à S. PHILIPPO NERIO FUNDATA , PER GREGORIUM XIII. APPROBATUM & AN. 1575. APPROBATUS & STABILITUR.

GREGORIVS Episcopus , seruus seruorum Dei , ad perpetuam rei memoriam . Copiosus in misericordia Dominus , & in sanctis gloriosus operibus , à quo omnia dona defluunt , ad hoc nobis , licet immemoritis , suæ sponsæ vniuersalis Ecclesie